



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Eboracensi Archiepiscopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

manu cor Regis est, & quounque voluerit
verter illud, humilitatis tuae merito provo-
catus, non solum adversitatis causa sub-
mota, conciliando tibi animum viri tui,
tuam remuneret patientiam, verum etiam
gratia sui [spiritus,] qui verus sponsus est
fidelium animarum, expectationis tuae an-
gustiam recompenset; secura de nobis
quod in quibus oportuerit & decuerit, ne-
quaquam tibi suffragium favoris apostolici
subtrahemus. Datum ut in alia per totum.

EBORACENSI ARCHIEPISCOPO.

Epiſt. 67.
De negotio E-
boracensi.
Vide lib. 11.
Epiſt. 87. C.
Matth. Paris
ad. an. 1207.

Domus Domini comedit nos tunc
zelos & igne illo succendimus yehe-
menter quem filius hominis mittens in ter-
ris voluit ut arderet cum hi contra ecclae-
siasticam libertatem insurgunt qui, si se
recoherent, ut deberent, a Domino sus-
cepisse ad malefactorum vindictam gladij
potestatem, illam deberent pro viribus de-
fensare, ut passeres spirituales videlicet ni-
discarent in eos velut in cedros Libani
plantatos a Domino, & turtur nidum ubi
suo pullos reponeret inveniret. Sanè gra-
vis ex parte tua nobis est oblatæ querela
quod cum Iohannes Rex Angliae ab Ec-
clesiis & domibus eleemosynaris Eborac-
ensis provinciae tertiam decimam dispo-
nunt ut recipere, tu id praesentiens, pro
ecclæstica libertate tuenda sedem aposto-
licam appellasti, te ac tua & univer-
os ejusdem provinciae Clericos nostræ protec-
tioni supponens. Verum Rex ipse a propo-
rito quod preconceperat non recedens,
non solum de domino tuo & a te tenenti-
bus, sed etiam a religiosis & plerisque Cle-
ricis Eboracensis provinciae tertiam decimam
proventuum eorundem extorsit con-
tra ecclæsticam libertatem. Cumque
tu, haec ferre non prævalens, recessiles
de partibus Anglicanis, ad nostram praes-
tentiam accessurus, idem Rex te ac tuos
temporalibus mobilibus & immobilibus
spolians, jurisdictionem tuam circa spiri-
tualia multipliciter juxta suæ voluntatis arbitrium impedivit, & possessiones &
memoria tua in grave prejudicium Eboracen-
sis Ecclesia distrahi faciens, in plurimis
aliis tibi & tuis injuriosus exitus admodum
& molestus. Cum igitur tantam Dei &
Ecclesia suæ injuriam, non tantum propter
dispendium temporalium quantum
propter periculum animarum, nequeamus
conniventibus oculis pertransire, qui, si
necessitas id exposceret, pro tuenda ecclæ-
siastica libertate non dubitaremus expone-
re nosmetipſos, licet super hoc venerabi-

libus fratribus nostris Helensi, Vuigori-
niensi, & Herefordensi, & postmodum
Londonensi & Roffensi Episcopis, & di-
lecto filio Decano Lincolniensi litteras no-
stras duxerimus destinandas, nihilominus
tamen fraternitat tuæ per apostolica scrip-
ta mandamus quatinus Regem eundem
moneri facias efficaciter & prudenter indu-
ci ut suæ salutis consulens & honori, tam
tibi quam Ecclesiis & aliis ad te spectanti-
bus ablata restituas universa, & de dannis
& iniuriis irrogatis satisfaciat competenter.
Alioquin prædictis litteris non obstantibus,
per quas nondum exitit plenè in negotio
ipso processum, tu propter hoc officij tui
debitum in Eboracensi provincia exequari,
quod per appellationis objectum no-
lum impedi. Datum Laterani 11. Non.
Maij, anno tertiodicimo.

EPISCOPO, ET ABBATI
sancti Iohannis in Vincis, & Delano
Suectionensi.

Dilectus filius Bartholomæus Cano-
nicus Casletensis in nostra propofiti
præsentia constitutus quod cum Præposi-
tus Casletensis Morinensis dioceſis, qui
filii, nepotibus, & cognatis Ecclesiæ ſuę
conferre præbendas quaſi jure hereditario
conſuevit, præbendam . filij ſui defuncti
a ſua nolens cognitione diſjungi, eam..
nato. filia ſuę tunc laetenti dediſſer, nos
venerabili fratri noſtro Silvaneſensi Epif-
copo & conjudicibus ſuis dedimus in man-
datis ut præbendam eandem, utpote de
jure vacantem, apostolica ſibi auſtoritate
conferrent. Ad quorum impediendum pro-
cessum dictus Præpositus & quidam de Ca-
nonicis ipſi animo & parentela conjuncti,
frustratoriè noſtram audientiam appellant-
es, appellationem emiſſam persequi non
curarunt; excepto quod unus eorum, R.
videlicet pueri dicti pater, tandem ad praes-
tentiam nostram accedens, coram bone
memoriae Matthæo sancti Theodori Dia-
cono Cardinali, a nobis ſibi auditore con-
cesso, ad hoc ſe afferuit non veniſſe. Qua-
re dicto Præposito & Capitulo Casle-
renſi per scripta nostra mandavimus ut eidem
præscriptam præbendam fine difficultate
conferrent, dilectos filios Abbatem sancti
Auberti Cameracensis & collegas ipsius
executores ſibi nihilominus concedentes.
In quorum præſentia pars adverſa compa-
rens, litteras quasdam exhibuit continentis
quod præbendam Præposito confirma-
veramus eandem, ſicut ipſam iuſte ac pa-
cificè poſſidebat; per quas ipſum ab in-